



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Q. D. B. V.

DISSE
RAT
*TIO JURIS NATURÆ
ET GENTIUM,*

DE

**SUVERENITATE
PRIVATORUM,**

Quam

*SUB AUSPICIIS DIVINIS
IN ILLUSTRI ACADEMIA
ROSTOCHIENSI,*

Anno MDCCXXVI. d. 25. Maji.

PRAESIDE

DN. ERN. JOH. FRID.

Gangel,

J. V. ET PHIL. DOCT. AC MORAL. PROF. ORD.

*HOSPITE ET STUDIORUM SUORUM AMPLIFICATORE
ÆSTUMATISSIMO*

defendet

H. L. Q. C.

PETRUS STOLTE,

Rostoch. Juris Stud.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi Senatus Typographi.

*VIRO ILLUSTRI EXCELLENTISSIMO AT-
QUE CONSULTISSIMO,*

DOMINO

**JOH. FRIDERICO
TIELKEN,**

SERENISSIMI PRINCIPIS MEGAPOLITANI REGNANTIS
CONSILIARIO JUSTITIÆ SPLENDIDISSIMO;

ut et

*VIRO PRÆNOBILISSIMO CONSULTISSIMO
ATQUE AMPLISSIMO,*

DOMINO

**JOH. JOACHIMO
TIELKEN,**

CIVITATIS STRALSUNDENSIS PROTONOTARIO MERITIS-
SIMO ET REGII DICASTERII ADVOCATO
FELICISSIMO,

DOMINIS PATRONIS,

*ATQUE COGNATIS SUIS MULTIS NOMINIBUS AESTIMANDIS,
COLENDIS,*

HANC TENUEM DISSERTATIONEM, IN TESSERAM ANIMI DEDI-
TISSIMI ET AD SIBI CONCILIANDAM,

**FAUTORUM TANTORUM INAESTIMABILEM PROPENSIONEM
DEDICANDO,**

*consecrat
RESPONDENS.*



DIVINIS AUSPICIIS.
DISSERTATIO JURIS NATURÆ
ET GENTIUM,
^{De}
SUVERENITATE PRIVATORUM.



S. I.
Tea, quæ in limine prioris dissertationis circa vocabulum Suverenitatis allata sunt, hic repetamus, nulla efflagitas necessitas: Quapropter sine ullo præfamino ad ipsam tractationem accedimus, explicaturi secundum regulas Juris Naturæ & Gentium, in quibus passibus Suverenitas privatorum se exferat, vel ubi falso & frustra eadem allegetur.

S. II.
Primario itaque loco agendum omnino erit cum illis, qui *Jus Omnim in Omnia* crepant, statuuntque talem Suverenitatem, ut omnibus omnia liceant ante Legem Civilem, nec quidquam justum vel injustum esse putant, antequam moralitas positiva lege determinetur. Dubitamus autem, an cum istiusmodi crassis Philosophis methodicè sit disputandum, vel an, provocando ad saniores mentes, sola commemoratione insani istius dogmatis contenti simus. Eligamus posterius, & digito monstremus tantum iniquas ex tali dogmate fluentes consequentias, DEura scilicet vel penitus negantes, vel cum justitiz tenacem non esse assentes;

A.

rentes ; Consequenterque illos , qui adhuc in statu naturali vivunt , Principes , adeo ex leges facientes , ut pro libitu & libidine quidlibet agere queant , nullis scilicet vinculis moralibus adstricti vel constricti : Quanquam enim *HOB-BESIUS* cum suis filiis id largiantur , quod huic juri omnium in omnia abdicandum sit , parandz & conservandz pacis publicz causa . Tamen vel theseos suz impietatem non satis palliare potest , vel hominem in statu naturali constitutum habebit tantum pro animali quatenus est animal , non quatenus ratione præditum est.

§. III.

Nec est , ut se in tuto collocatos sperent ita sentientes , provocando ad consensum omnium , *Homines natura esse aequales* ; Ita enim illa æqualitas non capienda , ac si omnes per eandem constituerentur in suverenitate individuali , nulla scilicet stante obligatione unius erga alterum . Nam in statu æqualitatis dantur tamen officia quorumlibet erga quoslibet prouti *IL. PUFENDORFF* illa appellat , enumeratque in suis exasiciatissimis scriptis . Ut taceamus certissimum absurdum ex crassa ista doctrina juris omnium in omnia fluens , Perinde nimirum futurum esse , an quis precebus , blanditiis , vi , dolo , vel mendacio utatur , ut sine suo potiatur . Vid omnino *SLEVOGTI JCr. Jen. diff. de Jure Omnia in Omnia* , p. 10.

§. IV.

Allegatus hicce *SLEVOGTIUS* p. 13. bene etiam judicat : Illud porro negari hand potest , quin unicuique hominum in statu naturali & quatenus homo est , regula suarum actionum sit propria ratio , nec a cuiusquam vel prudentissimi judicio cogatur pendere &c. Et paulo post : *Jus igitur est cuivis hominem de actionibus suis judicandi , utrum sint instituenda vel omittenda ; Hocque verum est , sive citra respectum ad DEum consideres hominem , sive quatenus magni illius conditoris opus est pulcherrimum.*

Uz

ille enim plena gaudet libertate , nec ulli sui generi , in quantum homo est , parere cogitur , ita & ab alieni intellectus iudicio band pender , nec cuiquam licet , ultum mortalium , ut dictis suis ancul ter , in statu hoc compellere . Alias ex aequalibus necessario fierene inaequales . Hzc ille ; Quibus ceteris paribus assentimur , unicuique per hzc verba Suyerenitatem privatorum tali respectu ob oculos ponentes .

§. V.

Addit etiam SLEVOGT , quod posita zquitate sequenti prudentiorum confilia , tamen ipsa natura consiliorum id habeat , quod peream non frangatur suverenitas Consilia aliorum potestis vel audientis . Et quod sequi alterius consilium nihil aliud sit , quam approbare rationes aliorum eorumque pondera .

§. VI.

Et ut denique hanc materiam absolvamus , statuimus , quod , si Jus omnium in omnia nominandum sit , illud ita accipi debeat : Quod omnia liceat appetere , facere & agere homini , quz naturz ejus , quatenus rationalis est , non repugnant : Utcunque enim ipsi convenient & bona sint respectu naturz animalis , præcipua tamen humanz naturz ratio habenda erit . Absurdissimum igitur conceptu esset , hominibus omnibus dati jus in omnia , & quidem singulis idem & zquale , insimul etiam defensionem naturalem esse licitam adversus turbatores . Vah ! quanta propositio num hic emergit contradicatio , & quam belle se insinuat cum jure omnium in omnia , bellum omnium in omnes . Tribus adhuc dicere liceat , verum Jus omnium in omnia nihil aliud esse , quam communionem negativam , sicuti GROTIUS eandem appellat , quz ante distincta rerum Domina inter mortales vel fuit , vel fuisset .

§. VII.

Quz hactenus dicta , postulant ideam status naturalis

A 2

homini

hominum; Legatur omnino GROT. Libr. II. de J. B. & P. Cap. 20. §. 3. ubi frustra afferit, in statu naturali illum, qui male egisset, hoc ipso sese alio quovis inferiorem fecisse, & cuique qui in simili delicto non versatus, competuisse potestatem pœnas de eo sumendi. Conf. PUFEND. de J. N. & G. Libr. VIII. cap. 3. §. 7. Jam videamus, quid nunc in statu hypothetico sentiendum sit. Atque sic docet omnis ratio, Jure Gentium, hoc est, inevitabili necessitate homines coeuntes in societas, interque se distinguentes rerum possessiones, suverenitati suz naturali renunciasse quoad possessio ab aliis, & resignasse eandem in voluntatem magistratus & imperantis, atque abhinc dependere a Legibus, positivis etiam, communem mortalitatis salutem stabilientibus. Hincque posthac nulla supereft suverenitas privatorum, nisi plane singularibus in casibus, quos nunc enumerare nostri est instituti.

§. VIII.

Conceptus autem talis in genera erit formandus, quod hodie dupliciter adhuc sit considerandus homo, vel prouti est in Republica, vel prouti pro rei circumstantia retrogreditur in statum Naturalem. Quid fit in Republica & sub Legibus vivere, non indiget declaratione, quam obrem posterius ita exponemus: Quoties quis in eum redigitur statum, ut mora non patiatur publici Magistratus aitionem, toties reddit homo in statum naturalem, suoque proprio judicio decernit, quid actionis suspiciendum sit, nec ne? Indeque placuit nobis talem statum appellare moderno stilo suverenitatem privatorum. Verum ipsa exempla eorumque resolutio uberiori materialm insinuabit, ad quaz exempla etiam statim accederemus, nisi præmittere juvaret sequentia:

§. IX.

Circa occupationem & acquirendum rerum dominium

(35)

um hæc suboritur meditatio : Cum non e re mortalium esset, in Communione vel negativa vel positiva omnium rerum vivere, inter se ita distinxerunt dominia, ut occupata ab uno non amplius vacua essent, ut ab alio occuparentur: Tacitoque inter se pacto hoc omnes moratiōes gentes stabiliverunt; Quodam autem res ita diu manserunt communia, ut quilibet privatus suverenitatem in illas exercere potuerit, donec successu temporis pro ratione statutus Principes & illam suverenitatem privatorum vel adimerent, vel minimum restringerent. Facile videt unusquisque quid hæc verba indigent, nimisrum usum eorum, quæ §. I. I. de rer. div. appellantur Jure Naturali communia, mare & littora maris (quod enim attinet aërem & aquam profluente, multis non indigemus verborum circuitibus, quo demonstremus, circa eorum usum suverenitatem privatorum se parili gradu exserere, quam quæ exercetur sensibus externis quibuscumque.

§. X.

Non tangemus longam illam famosamque controversiam *GROTIUM* inter & *SELDENUM* agitatam de mari clauso & libero, sed brevibus dicemus, quod utique Principibus par sit, liberum maris usum pro sapientia & prudenter restringere. Quod idem astruimus de littoribus maris & fluminum, inque illa ejectis pretiosis vel bonis naufragorum, quorum Domini manent incerti. Quibuscunque enim naufragis bona sua reddere nolle, & Consuetudinem maritimam das Strand-Recht exercere velle, piraticum quid sapit.

§. IX.

Idem fere in terminis dicendum venit de *Venatione*, sive quavis occupatione ferarum in naturali libertate vagantium; Circa illas enim plenissimam *privati* exercuissent suverenitatem, nisi ratio status & hic limitationem & tempe-

samentum aliquod requireret. Manet igitur Principib⁹ regale venationis, qui pro prudentia sua iis ex privilegio largientur libertatem venandi, quos dignos estimant: Eo enim ipso & Princeps se distinguit a Vulgo, & otio privat⁹ præciditur occasio, & feræ non ad incitas & nimiam rediguntur paucitatem.

§. XII.

In quantum autem sub hac generali venationis termino comprehendatur aucupium & piscatio, hoc ex ratione per se non adeo liquet, quapropter summorum Imperantium prudentiaz & providentiaz linquimus, quomodo distingvere, ac quousque restringere velint. Id interea certum est, nocivæ feras & aves veluti lupos, accipitres, passeræ, &c. a quolibet capi posse, & experti sumus, quomodo Principes sub remuneratione haud raro nocivorum animalium capturam jussent concederintve; Quod merito laudamus, modo caveatur adolo & fraude privatorum, eadem bombarda cervos, qua lupos trajiciant. Quod denique addendum ducimus hoc est: Tentatam totalem extirpationem alicujus speciei animalium juri naturali eodem modo contradicere, quo ipsi contraria est Venatio Crudelis bīc par-force Jagd.

§. XIII.

Succedit meditatio de thesauro, nam de metallfodiñis vix ex jure narurali vel Gentium hic potest quid in medium proferri, quod aliquid in recessu habeat. Est autem thesaurus bene definitus l. 31. §. I. ff. de A. R. D. & secundum rationem per se constat, inventori fortuito illum cedere debere, consequenterque cuiilibet privatorum competere occupationis *severitatem*; Verum secundum rationem reflexam ad præsentem Rerump. faciem, zqvius est, domino fundi eundem cedere, inventoriqve alieno decerp tam ex humanitate tribuendam esse particulam. Quo ex fundamento

mento autem Principes sibi possint vel totum vel diuiditam, vel aliquam partem vindicare, ex ratione status determinandum veniet. Id certum, a Venatione & mari huc argumenta trahi non posse.

§. XIV.

Jam ad specialiores casus devenimus ubi suverenitas privatorum Jure Naturæ & Gentium se se exserit: atque sic notorium illud *Jus occidendi invasorem vita nostra sub moderamine incipiente tunclo primo se se offert loco*, casu enim dato emergit ille redditus status naturalis, ubi mora non patitur, ut publicus Judex adeatur. Quia autem hæc materia tot vicibus ab aliis est tractata sub variis limitationibus & restrictionibus, nolumus hic de eadem multi esse, sed Lectorem remittere ad Systemata Juris naturæ & Gentium, Ubi passim rationibus Theologorum dissentientium satisfactum esse inveniet.

§. XV.

Omnium autem delicatissimum hic movebimus casum, qui a Moralistis fingi solet: *An nimis Principe vita age gressorem licet sub moderamine servato occidere?* SENECA Libr. II. de Ira; PUFEND. Libr. II. de J. N. & G. cap. 8. §. 5. & illum sequentes, quos inter nominare juvabit III. LTNCKERUM diff. de Resistentia qua sit potestati p. 15. strenue defendunt, privati esse ut necem patiatur, & quidem ex ratione status. Quia Principis a salute dependet salus privatorum: Verum vix nobis temperare possumus, quin & hic suverenitatem privatorum stabiliamus; Nec statueremus aliquid singularis, quia multos nobiscum habemus consentientes. Vid. OBRECHT, de Necessaria defensione. Cap. 6. n. 6. Cogitetur brevibus, extremitates istiusmodi non admittere longas meditationes: Principem exuisse illo actu naturam Principis: Non hodie deficere dignos Imperii successores? Istiusmodi Principem præsumptionem tyrannidis contra se habere; Et

Et denique casum hunc inter chimaricos merito referendum esse.

§. XVI.

De privata vindicta longa est controversia DD. Juris Naturæ, *An scilicet & in quantum illa sit permissa?* Cordatissimè autem nos respondendum esse putamus, quod præsenti in Republica sit contra ordinem civilem, utilitatem publicam & intentionem societatis, exercere privatam vindictam: Adeoque quemlibet judicem in propria causa agentem, gravis delicti se facere reum. Si autem quæsitus fuerit: *An Jure Naturæ licet ius Islam. sibi sumere?* Non respondemus cura HENNIGIO in Not. ad Grot. p. 837, quod vindicta privata, quam scilicet in Republ. Civis in Civem contemptu publici Judicis exercet, non sit contra Jus Naturæ: Licet enim ob immortalitatem litium circa definitionem Juris Naturæ vix scire possimus, quomodo se extricaturus fuisse HENNIGIUS; Tamen in genere ita sentimus: Vel Jus Naturæ sumi strictè pro eo quod obtinuerit in statu mundi perfectiori, & tuūc nullam vindictæ cupidinem & necessitatem fuisse; vel sumi latè pro æquitatis judicio, quo nunc utimur, & sic illud non admittere posse privatæ bella & duella; Nullamque adeo dari suverenitatem privatorum, quamdiu in Republica sunt, & quidem ita, ut detur locus publicum audeundi judicem.

§. XVII.

HUGO GROTIUS dum Libro II. de J. B. & P. cap. 20. §. 3. sqq. in hanc incidit materiam, aberrare videtur a veritate, statuens nimirum, Licere Homini judicio pollenti, paribusque non laboranti ritus animadvertere in fontes, nec subiectos sibi, nec directè in se suosque injurios. Nescimus sanè quomodo perspicacissimus GROTIUS adeo cœcutire potuerit, non attendens, infinitas ex istiusmodi asserto fluentes absurditates; Certissimè enim constat, quod si ta-

si talem suverenitatem privatis quibusdam concedere vel-
lemus , mox bellum omnium in omnes extitulum , quoli-
bet scilicet sibi sapere putante . Adeo demonstrata hæc esse
credimus , ut ubiore non indigeat deduictione .

§. XLIX.

Ex his dictis constabit , quod duellis privatorum di-
cam scribamus , & quod nolimus unicuique tribuere licen-
tiam illatas sibi injurias proprio ferro vindicare . Id autem
quod singulariter nos afficit , hoc est , quod opinio humana
quoad hanc materiam adeò crasse à recto aberret , dum fi-
ctum aliquod punctum honoris *le Point d' honneur* ibi quiz-
zatur ubi certe non est ; Et quod præsuppositum primum
falsum tam altas egerit radices , injuriatum scilicet non in-
tegræ esse famæ , bene autem injuriantem , denn der ist in
Avantage : Cum tamen hoc penitus meritò esset inverten-
dum . Verum inveterata hominum vitia nulla ratione extir-
panda esse , dolemus , ac insuper Magistratui equidem non
denegamus Potestatem dandi leges de duellis rigorosissi-
mas , id autem insimul a quolibet speramus Judice , quod
casu dato , bene ponderatus sit , quomodo huic vel illi pro-
pter opinionem universalem quasi tracto ad congressionem
in certamen singulare , veniam dare & legem suam exte-
nuare velit .

§. L.

Idem etiam propitia veritate pronunciamus de fami-
na cui quoad pudicitiam vis infertur , quam nimur in
plena *suverenitate* constitutam censemus , quando scilicet
nec prece nec clamore violentum stupratorem arcere potest .
Quæ vero a dissentientibus afferri solent , conflictui refer-
vamus .

§. XX.

Qualem Pater in liberos , Maritus in Uxorem , Domi-
nus in servos exercere possit *suverenitatem* , notorii Juris est
est ,

est, & a Primiceriis Juris Naturz Doctoribus GROTIO, PUFENDORFFIO & ALIIS largiter expositum: *Conf. si libet diff. nostr. alleg. de Jurisd. domest.* Id fortè speciatim notatum dignum venit, quod quoad facta mala liberorum intra impubertatem vel minimum ante tempus pubertati proximum, Parentes suverenitate privativa gaudeant, nullis scilicet Judici relictis puniendi partibus.

S. XXI.

Veremur, ne cancellos Juris Positivi Civilis ingrediamur, secus varia hic memoranda essent; Reservemus autem ea dissertationi tertiz forte juxta tenorem Juris Positivi variam privatorum suverenitatem expositurz. Unicum tantummodo speciminis loco moveamus casum de Creditore Debitorum fugitivum propria auctoritate prehendente. Ita enim sentire DD. reperimus, quod hoc jus competit creditori etiam quando debitor de fuga tantum suspectus sit. vid. MEVIUS P. 2. Decis. 274. n. 5. HILLIG. ad Donec. Libr. 17. c. lii. 2. Modo intra 24. horas eundem presentet magistratui. Imo DD. in justo moderamine constitutum censem, qui viva opponentem debitorem occidit. arg. I. 52. S. 1. ff. ad L. Aquil. Licet eum, qui debitorem non resistenter vulneraverit Jus crediti amittere, serio adstruant. vid. GAIL. II. Obs. 44. n. 4. KOEPPEN Dec. 29. n. 11. III. LYNNCKER. diff. de Resistentia quis sit potestati, p. 37.

S. XXII.

Circa administrationem bonorum, *privatorum suverenissimorum* singulari radiat splendore, ita enim in dictorio communni est: *Quilibet rerum suarum moderator est & arbiter;* Unde qui specialiter obstatem vel morbum non prohibetur, etiam abuti rebus suis potest, donec requisitus magistratus illos qui nec finem nec modum expensarum sciunt, bonis interdi-

cedixerit, vel donec quoad luxum & luxuriam leges frugalitatis & Ordinationes politicæ publicentur.

XXIII.

Non adeo otiosum erit hic inquirere , quousque sit licitum privato unicuique luxum vestimentorum exercere. Notissimum est, quod in ore admonitorum fertur : Was ich bezahlen kan, das kan ich auch mol tragen. Verum ut paucis dicamus quod res est , ad vitia status referimus hanc libertatem , qua Iquilibet potest quidlibet vestimenti & ornatus gestare. Meritoque enim Magistratus prospiciat ne ex intemperata zimulatione mendicis scateat Respublica ; immo etiam egregium est , per ipsum vestitum & alia ornamenta laudabilem distinctionem hominum ordinatus conservari. Quis igitur rebus sic stantibus summis non extulerit encomiis scalam *Ordinationum Politicarum Totius Imperii Rom. Germ. de anno presertim 1577. Megapoleos, de anno 1572. Reip. Rostoch. de anno 1625.*

§. XXIV.

Quz circa sponsiones & donationes suverenitati privatorum facta sit restrictio , ceu ex penetralibus Juris civilis petenda , nostram non ingrediuntur meditationem. Et quz de libertate bona sua alez subjiciendi & periculo exponendi huc referri poterant, docet *Dissert. nostra de Lotteriis.*

§. XXV.

Quid fibi velit effatum : Nemo est vite & membrorum suorum Dominus , Satis constare putamus : Et miramur , prætere Naturalistas quosdam infrunitos etiam dari JCtus, quos inter *ALCIATILLM* nominare lubet , statuentes propriidum naturaliter non esse prohibitum ; Cum tamen evidenter sit neminem jus habere terminum viꝝ anticipandi , Liceat enim nobis id meditari, quod eapropter DEus tam duram super homicidium dederit Legem , quia ægre fert

quenquam audere destruere creaturam ad imaginem suam factam , & involare in suum arbitrium circa humanz vitæ terminum determinatum. Exulet igitur hic *soverenitas privatorum.*

XXVI.

De Cogitationibus evicta res est , quod scilicet quoad illas in summo *soverenitatis* fastigio simus collocati. Quia enim circa Crimen Iæsa Majestatis datur exceptio in l. 5. C. ad L. Jul. Maj. magis videtur esse posita ad declarandam hujus Criminis atrocitatem , quam ut practicè obtineat. Ut taceamus a DD. utique subintelligi actus externos minimum præparatorios , quod ipsum textus inspectio clare docet. Verum igitur est, Gedanken sind Zoll frey, und ein jeder kan Knipschen in der Tasche schlagen, so oft er will. De occultis enim non judicat judex humanus.

§. XXVII.

Quod attinet actus meræ honestatis , & eos qui Societatem directe non laudunt , *soverenitatem* habent privati, adeo ut nemo a non volentibus eos exigere queat. Hinc merito taxatur BOECLERIUS qui diff. 3. ad Grot. Libr. 2. c. 20. dari actionem ingrati strenue defendit, ut belle deduxit Illust. PUFEND. de O. H. & C. Libr. I. cap. VIII. Et valet regula: Officiorum (derer Liebes-Dienste) non datur actio. Cogitemus etiam de vitiis quibusdam moralibus, veluti mendacitate & ebrietate &c. quia turpia quidem sunt , attamen hactenus nondum publica lege pœnali taxata. Indeque carpunt nonnulli Historici Carolum M. quod ebrietatem inter crimina retulerit, licet in genere Principi ea potestas non sit deneganda ; & in specie Carolus quoad Germanos & devictos populos ex sana ratione status prohibitionem fecerit.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Qui pernoscent, quid sit jus innoxiz utilitatis, illi etiam aliquod punctulum *soverenitatis privatorum* agnoscunt, in eo scilicet quod jure naturali ea jura quæ nobis prosunt, alteri vero non nocent, postulare possimus. Sed clariora hæc sunt, quam quod postulent expositionem.

§. XXIX.

In materia testamentorum, circa eorundem factiōnem egregia se insinuat questio: *An quilibet privatus ea gaudeat soverenitate, ut possit pro mero suo arbitrio in ultima voluntate de bonis suis & aliis quibusdam negotiis disponere?* Quam bene resolvendam esse putamus quando distingvimus inter Jus Naturæ & Jus Gentium; De Jure naturæ certum est, prout etiam alio loco scilicet *diss. de Juris. domestica & in Comp. f. N.* exposuimus, quod illud non noscat testamenta, quia ea, quæ quis per occupationem ad dies vitz sua fecisset, statim redire debuissent in communionem iterumq; cedere occupanti. Conf. *STRYKII diss. de Jure Licitu sed non honesti, & spec. diss. MULLERI de testamento lictu sed non honesto.* Videlicet igitur erit, an Jus Gentium, quod hodiernis moribus non satis rectè distingvitur a Jure naturæ vere tali, *Vid. lin. nostr. f. N. ed. 1725. 8. magis faveat testamentis?* Et sic invenimus, quod ad evitandas lites post discessum alicuius ex hac mortalitate, & ad præcavendas eædes ante obitum naturalem, & in favorem prolis ex bonis parentum, & ad sublevandam familiam, nullius bona post mortem communionis ales subjici queant: Unde præter successionem proximorum ab intestato, quæ merito sola esset stabilienda, libertas testandi ubique, exceptis quibusdam gentibus *vid. CONRING. loc. mox cit. evolv. TACITUS de moribus Germ. cap. 20.* est introducta, & præter quosdam lege prohibitos a quolibet exercetur perfecta Soverenitas quo-

quoad ultimas voluntates, observatis tantum, ad lites vel evitandas vel excitandas solennitatibus lege definitis & caute habita parentum & liberorum ratione. Ut alios circa fratres & sorores & his forte similes prætereamus observandas subtilitates. Audiatur vox *LL. XII. Tabb. Paterfamilias* nisi legasset, ita jus esto. *Conf. L. 120. ff. de V. S. & l. I. C. de SS. Eccl.* ubi dicit Imperator: *Nihil est, quod magis hominibus debetur, quam ut supra volentia, postquam jam aliud velle non possint, liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium.*

§. XXX.

Si autem quis quæsierit: An summus Imperans possit testamenti factionem prohibere, & sic quoad hoc caput severitatem privatorum extingvere? respondemus: Hanc quæstionem altioris esse indaginis, specialique dissertationi reservandam, quapropter nunc præmonendo quasi tantum dicamus, nos inclinare ad partem affirmantem. Evolvatur negativæ Patronus *BOECLERUS* in notis ad *Grotium Libr. II. de J. B. & P. C. 6. §. 16. p. 232.* Et nobiscum consentientes *Job. a FELDE Elem. Jur. Univ. P. 5. pag. 1156.* *CUNRING.* in *Procam. ad Tacit.* ac in *adjectis ad Tract. de Origine Juris Germ.*

§. XXXI.

Non systema sed dissertationem academicam scribimus, h. e. ita materias hic facientes tractamus, ut eas allegemus brevibus, discursibusque oppositoris viam sternamus: Eaquepropter humanissimus Lector dicta hactenus grata sibi esse finat, & rogamus, ut accipiat adhuc sequentia:

Originem Regnorum & in illis Superiorum si adspicerimus, id certum esse inveniemus, quod (de regnis vi occupatis sermo non est,) in denominatione & constitutione unius vel aliquorum Imperium gesturi vel gestorum

rum , suverenitas fuerit penes populum , qui tamen satis vi-
dens , felicitatem communem periclitari , opportunum ini-
vit consilium , de transferendo in unum vel in aliquos im-
perio , atque sic suam suverenitatem resignavit , donec casus
vacantis solii extiterit , vel ex legibus fundamentalibus erui-
tur , quomodo successio sit speranda . Quz leges funda-
mentales tamen , cœu frustra aliqui putant , non conservant
suverenitatem penes populum , qui eam cessit , sibi tantum
prospicientem de quibusdam juribus & privilegiis . Legan-
tur omnino GROTIUS & PUFENDORFF .

§. XXXII.

Quod autem tercia species formarum regularium Im-
periï Democratia , sit singularis quzdam suverenitas priva-
torum , hoc evidentissimum est , & nolumus contrafentire
iis , qui ejusmodi formam regiminis approbant , multò mi-
nuscum certum nobis sit , Democratiam esse tantum chimz-
ram & imaginem , qua luditur populus , alias libertatis li-
mites apertos tolerare nolens , frenumque mordens . Non
enim potest concipi Democratia sine Aristocratia , hoc est ,
prudentiores & seniores formant nihilominus aliquod Col-
legium , deliberant , & populum tantum consiliorum parti-
cipem reddunt : Secus enim ochlocratia orietur . Cogite-
tur de Rep. Rom. quid fint plebiscita &c.

§. XXXIII.

Sobrie etiam hic meditandum incidit , id quod suvere-
nitatis privatorum emergit eo casu , quando Princeps exercet
tyrannidem , & in fortunas ac viscera subditorum fœvit . Sta-
tuimus autem , vestigia Grotiana legentes , utique dari de-
fensionem universis , si Princeps hostili animo se gerat erga
suos Cives , adeo ut præsentissimus immineat felicitatis in-
teritus . Legantur GROTIUS Lib. I. de J. B. & P. cap. 4. & PU-
FEND.

FEND. de *J. N. & G. Libr. VII. cap. 8.* qui tamen in *Compendio O. H. & C. Libr. II. c. cap. 9. §. 4.* fluctuat *HORN. Polist. architect. Libr. II. c. 12. DANNH. Theol. Consc. Tom. I. p. 471. HUBER. de Jure Civis. Lib. I. cap. 32.* Imo *BOECLER. Inst. Pol. Libr. II. cap. 4. §. 48.* vix vult, omnes extremitates esse expectandas. Si autem alicui dubium suboriatur, An casus sit dabilis? Illi respondemus, quod forte eo casu, quando duo vel plura regna unus possidet imperans, existere possit; Vel quod Caligula votum de una populi Romani cervice in ore ferebat; Vel Vitellius optimum odorem esse civis occisi pronuncians, sint specimina istiusmodi Principum. Addatur exemplum a *Pufend. I. c. allegatum de Rege Peguano.*

§. XXXIV.

Hæc sobria esse putamus, nec opus esse credimus, ut de Monarchomachorum insania doctrina, quippe semetipsam evidenter refutante, differamus: Nec quidquam dicemus de stulto Anabaptistarum dogmate, quod Antarchiam & Anarchiam stabilire intendit. *Evolv. ARNISÆI Tr. de Autorit. Princ. semper inviolab. Cap. I. LUTH. Tom. II. Witteb. p. 499.*

§. XXXV.

De discessione ex Republica omnes Politici differunt distinguentes inter gregatum discedere, & inter unius alteriusve personæ vel familiz discessum. Cogitetur de Jure detractionis & emigrationis, a DD. passim ventilato. Quæ præterea huc referri debuisse aliquis putat, querat in dissertatione tertia, ad duætum Juris positivi conscribenda.

DEO Duci sit Laus.



Nobilissimo atque Humanissimo
DOMINO STOLTIO,

Jurium Studioso Solertissimo Domestico

AUDITORI,
hodieque RESPONDENTI suo laudatissimo,
gratulatur.

PRÆSES.

IN Publicum prodire, & ea omnium animis
atque auribus exponere, quæ privatos inter
parietes collegimus, hoc virtutis veræ opus
est. Qui enim nunquam publica verba facit
vix aliis de facie notus est, & non satis recte vivit.
Volunt Leges Academicæ, ut nemo sine specimenè a-
beat, sed quis earum serius est observator. Calva
semper. interponitur excusatio, curta esse suppel-
lectilem pecuniariam; Verum merito eandem dico
calvam; Nam faciat, qui voluerit, mecum sequen-
tem calculum: Vivit Studiosus in Academia per
unius anni Spatum, (infra enim anni terminum
abire, vix ullum crediderim, qui non vellet, ceu
Grus Strymonia, venire Grus & abire Grus:) quotidic
autem unum assensum statuit esse seponendum ad specimen
academicum sub Abitum dandum: Sic sane sufficienes,
habet sumptus, ad dissertationem, aliquot plagularum
habendam. Ast vera culpa silentii paupertas non est
sed secum prohdolor! habitant plurimi, & agnoscunt,
quam

quam curta sit supplex in scientiis, Grammatica puta, Rhetorica, Logica, & aliis. Hoc enim interdum ex publicis dissertationibus concludere possumus, ubi unus vel alter, qui nunquam publice stetit, tandem prorumpit, & tales vitia dicit, ut nihil bonum de eo loquatur. De Galba Imperatore dicunt Historici, quod ab omnibus Imperii capax Iudicatus, nisi imperasset: Sic sane in Academicis exercitiis certo respectu dicendum venit: Hic vel ille Gnarus Judicatus disputandi artis, nisi disputasset. Macte tuam igitur virtutem Nobilissime Domine STOLT! Tu enim multis jam vicibus probasti, Tibi non esse erubescendum, qua propter per hanc secundam dissertationem publicam ulteriore concilia laudem, quo *Illustri Patrie ac Gratiissimo, prudentissimo imo Literatissimo Tuo Domino Patri*, Fautori meo inter paucos singulariter colendo, sis ornamento, sis gaudio. Vale, & propositum tuum ad optatum colophonem.

Urge, iterumque Vale.

